

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Academici Johannis Quistorpii ... Quo ad eundum Exequias
Filiolae ... B. Caeciliae Margaritae Graffen/ Quae Nobil. Parentibus in deliciis fuit.
d. XXV. Aprilis. Anno M. DC. LX. Omnes & omnium Ordinum Literatos,
peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448319>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,

in C. M. Graff.

R. 1660.

26.

PROGRAMMA
RECTORIS ACADEMICI
JOHANNIS QVISTORPII,



D. THEOLOG. Past. J. & Prof. P.

Quo
ad eundum

[EXEQVIAS

Filiolæ desideratisima

B. CÆCILIÆ MARGARITÆ
Graffen /

Quæ Nobil. Parentibus in deliciis fuit.

d. XXV. Aprilis. ANNO
M. DC. LX.

Omnes & omnium ordinum Li-
teratos, per amanter invitat.



ROSTOCHII,
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Academ.
Typographi.

'Hieron. in Epist. ad Tyraustum.'

Quod dederat, abstulit qui creavit. Nihil
abstulit tuum, qui dignatus est recipere pro-
prium. Creditum suum decuit reci-
pere creditorem, & nihil aliud
decet, quam creditori suo
gratias agere mu-
tuantem.

RECTOR
JOHANNES QUISTORPIUS, D.

Universa licet hominis vita misera & calamitosa sit, illud tñ. boni habere videtur, quod brevis ac fugax sit, & quod illa miseria magna quidē sit, sed non diuturna. In utriusq; autem exaggeratione & amplificatione Sacrae literæ prolixè & copiosè le effundūt. Dies peregrinationis meæ, dicebat Patriarcha Jacob, centum & triginta annorum sunt, pauci & mali. Et alter, Homo, inquit, natus de muliere, brevi vivens tempore, qui quasi flos egreditur, & fugit velut umbra, & nūquā in eodem statu permanet. Hanc vitā alii propter fugacitatem & brevitatem cum bullā contendérunt, alius temporis punctum appellavit, alias umbram sumi, alias umbræ somnium. Jam ad humanæ vitæ miseriā quod spectat, si quis omnium vitæ suæ partium rationem exactius subducat, inde ab illo momento quo è matris utero extractus, primos vagitus edere incipit ad illud usque temporis punctum, quo extremum vitæ suæ efflat halitum, vix ullam invenerit vitæ portionē, quam, si sapiat, & optio detur, vivendo denuò iterare cupiat & optet. Eo autem hominum miseria & calamitas major est, quo pleriq; cæciores & stupidiores sunt in miseriis suis cognoscendis & æstiman-

æstimandis. Plerique ægrotis similes sunt, qui in
grave morbo amplius dolorem non sentiunt, seq;
rectè valere putant, cum morti vicini sunt. Tum
autem miseria ad summum cacumen & præcipi-
tum pervenit, cum illos, quos premit, etiam ob-
lestante incipit. Absq; hoc autem stupore nostro
esset, quotusquisq; Christianorum reformidaret
mortem, quæ finem imponit culpis pariter & mi-
seriis illorum hominum, qui in Christo J E S U
moriuntur. Mercenarii qui toto die ærumnabi-
li labore exercentur, anxio desideriò exspectare
solent vesperam, quâ à laboribus suis soluti gratâ
alternâ quiete rursus perfruantur. Nauigæ toto
die in turbulento pelago jactati, vento pariter &
remigio, & omni virium conatu ad littus ad por-
tum contendunt, ubi tutò tandem possint consi-
stere, & quiescere. Viatores nullis locorum de-
litiis aut difficultatibus inhiberi se patiuntur, quo
minus ad instituti sui itineris metam anxiè testi-
nent & anhelent. Nos homines contra ærumna-
bilis vitæ labor continuo fatigat; Nos vitæ huma-
næ pelagus ventis & fluctibus suis assidue jactat:
nos calamitosa vitæ mortalis peregrinatio frigore
& æstu, fame ac siti, pluvia nive & grandine, vari-
isq; tempestatibus perpetuò exercet: tamen si emi-
nus contemplemur vitæ nostræ vesperam appe-
rere, nostræ jactationis quietem, aut misérè quas-
satæ

sorta nāvis tutam stationēm in propinquō esse, aut
deniq; peregrinationis nostrā metā esse jam in
proximo, exanimati & attoniti trepidamus & ex-
horrescimus. Maximum illud sanē incredulita-
tis nostrā argumentum & documentum est. Per-
inde ac si per mortem omnia aboleri statuerem⁹,
aut illa vitæ æternæ bona non exspectarem⁹, ad
quæ per mortem sit transitus, & quæ morte suā
Christus nobis promeritus est. Longè alius Spiri-
tus in præcordiis Divi Apostoli Pauli agitabat,
cum diceret: Vita mihi Christus, mori mihi lu-
crum, cupio dissolvi, & cum Christo esse: Sciebat
enim quod caro & sanguis regnum Dei possidere
non possint; neq; illud quod incorruptibile in se
est, adire posse hæreditatem cœlestem & incorru-
ptibilem: solvendum prius esse hujus terrestris
nostræ domus tabernaculum, quam in domicili-
um æternum in cœlis, & non manu factum immi-
gremus. Neq; quemquam adire posse cœlestis
regni possessionem, nisi prius per mortem exuat,
quidquid terrestre & caducum est. In primis au-
tem vestem illam, quam circumserimus, corpus
dico, quod quidam Philosophorum antiquissi-
mus appellabat Indumentum injustitiæ, funda-
mentum pravitatis, vinculum corruptionis, vela-
men opacum, vivam mortem, sensitivū cadaver,
sepulcrum circumportatile, domesticum deniq;
surem,

furem, qui nos vetet cælo interesse, & jubeat capite esse in terram demillo. Nec male Græcus quidam dicebat, corpus hominis dici debere non deūas sed deo πòv, non οὐα sed σῆμα, non corpus sed carcerem & sepulcrum, à cujus vinculis & deformitate quam ocyssimè liberari & expediri in maximâ felicitatis parte jure ponendum sit. Sanè cum humana vita ipsa sit miseria, patet nihil melius ac præstabilius homini dari posse vitæ brevitatem. Hanc talem ac tantam felicitatem hoc vernali tempore, ante paucos dies adiit CÆCILIA MARGARITA Graffen / vera Veris primula, viola fragrantissima. Quanto mœstiore desideratissima Filiola afficerit morte sua Amplissimum Patrem DN. JOHANNEM GRAVIUM, Virum in Eminentia constitutum, ex ipsius ad me missis literis apparet: Quas, uti accepi, huc retero.

Filiola nostra desideratissima, Svacium, ebcu! delitiumq; nostrum, CÆCILIA MARGARITA Graffen / proximis hisce diebus pie placideq; defuncta, nata est hic Rostochii Anno 1656. die 19. Aprilis, & sequente 22. d. ejusdem mensis per Sacrosanctum Regenerationis lavacrum Christo inserta. Patrem habuit me JOHANNEM GRAVIUM, Serenissimi Ducis Megapolitani in Regia Reginæ Sveciæ Aulâ quondam Residentem, & Consiliarium; Matrem, ANNAM Steinmans. Avus ejus paternus fuit Dn. NICOLAUS GRAVIUS, Consul apud Bergenses meritissimus; Aria paterna verò MARGARITA Benedicthes / femina pietate & probitate singulari. Avum maternum sortita est Dominum JACOBUM STEINMANNUM, Jctum. Regis Danie, Norvegia &c.

gia &c. Consiliarium, & Prefecture Steinburgensis Administratorem; Aviam maternam CECILIAM Burchards/Matronam omni virtutum laude condecoratam.

Denata est, prob dolor! die 15. Aprilis, Anno hoc currente 1660, circa horam ferme duodecimam nocturnā, tanto cum animi vigore, ut etiam ad extremum vita halitum omnium sensuum usu polleret; adeo ut ipsius placidissimum obitum in ipso mortis articulo non tam cito adesse opinaremur. Precationibus, quas non paucas sibi familiares reddiderat, jugiter indulgebat, & presertim ante aliquot septimanas singulari quodam animi praesagio, dicta illa Scriptura ex Evangelio in feria palmarum usitato in ore ejus sonabant, videlicet: Freue dich du Tochter Zion/ sihe dein König kommt zu dir sansmätig. Item: Hosanna/ du Sohn David/ Gelobet sey der da kompt im Nahmen des HErrn/ Hosanna in der höhe. In quo etiam festo Die per mortem ad Regem suum Christum transivit, & Hosannacum Angelis in aeternum cantabit. Ingentem quidem merorem inopinata hec mors animis nostris incusset. Sed quoniam non ignoramus, quod omnia que divinitus confiant, a quo pectore toleranda sint, atq; Animulam hujus nostra Filiola ex hac erumosa mundi calamitate ad eterna Caligaudia translata esse firmiter credamus, idcirco statuimus Dei providentiam nostra voluntati merito anteponendam. Accuratissimi D.N. D. MARCHII, Pr. P. de morbo judicium ita se habet.

Quod ad morbum, quō tenerrimi copulculi Vires sensim absump̄tæ fuerunt, attinet. Fuit is Febris putrida & ferè continua, non omni malignitatis suspitione carens: Etsi enim initio levisea & intermittens videbatur, remittens subinde & incertis paroxysmis recurrente æstu, parum tamen ex istis remissionibus levaminis, quin vires in dies labascere, magis quam pro magnitudine febris fieri poterat, apparuit, signumque latentis pravitatis hoc ipsò exhi-

exhibuit; Huic utut decentibus remediis mederi coepit, optatus tamen Curæ finis obtineri non potuit, respuente mox ægrâ, quicquid gratissimæ cæteroquin medicinæ offerebatur, nec refectionem ullam deinceps etiam per alimentosa admittente. Ita ergo sensim marcescens, finita tertia ægritudinis hebdomade, inepio amplius corporis domiciliò placide ad cœlica regna animulam dimisit, ante medium noctis, qui Palmarum feriam nuperam sequebatur.

Hujus funeris deductioni, ut cives Academiz nostræ tam docentes, quam discentes frequentius intersint, merentur defunctæ filiolæ Excellentissimi Parentes. Quocirca omnes hujus Academiz cives, Dn. Professores, Doctores, Magistros, Studiosos omnes ac singulos officiosè & amanter rogamus & hortamur, ut hodierno die in templo Divæ Mariæ sacro, horâ I. convenire, & pietatis officium sanctæ animulæ præstare dignentur, sumq; vitam & mortem illi commendent, qui vitæ & mortis Dominus est, & unicuiq; suum terminum constituit. Bene valete P.P. Rostochii 25.
April. Anno 1660.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777448319/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777448319/phys_0016)



gia &c. Consiliorium, & Prefecture
stratorem; Aviam maternam CECILI-
nam omni virtutum laude condecorata
Denata est, prob dolor! die 15. Aprilis
circa horam ferme duodecimam noctu-
gore, ut etiam ad extremum vite
suum usu polleret; adeo ut ipsius placi-
mortis articulo non tam cito adesse o-
bus, quas non paucas sibi familiares re-
gebat, & praesertim ante aliquot septi-
animi præsagio, dicta illa Scriptura e-
marum usitato in ore ejus sonabant, u-
Tochter Zion/ sihe dein König kommt
Hosianna/ du Sohn David/ Gelobt
Nahmen des HErrn/ Hosianna in t-
sto Die per mortem ad Regem suum Ch-
siannacum Angelis in eternum cant.
merorem inopinata bac mors animis-
niam non ignoramus, quod omnia qui-
pectore toleranda sint, atq; Animula
bac erumosa mundi calamitate ad a-
latam esse firmiter credamus, id circu-
tiam nostræ voluntati merito antepo-
D.N. D. MARCHII, Pr. P. de morbo ju-

Quod ad morbum, quô tenerimi-
absumptæ fuerunt, attinet. Fuit i-
continua, non omni malignitatis
enim initio levis ea & intermitte-
ti subinde & incertis paroxysmis
tamen existit remissionibus lev-
dies labascere, magis quam pro n-
poterat, apparuit, signumque late-

sis Admini-
ds/Matro-

rrente 1660
m animi vi-
nium sen-
titum in ipso
Preicationi-
giter indul-
ari quodam
nferia Pal-
eue dich du
nütig. Item:
a kompt im
uo etiam fe-
sivit, & Ho-
tem quidere
sit. Sed quo-
nsiant, & quo-
& Filiola ex-
audi a trans-
ei providen-
ccuratisissi-
habet.

ires sensim
rida & ferè
arens; Etsi
, remitten-
estu, parum
in vires in-
febris fieri
tis hōc ipso
exhi-

the scale towards document

036
Patch Reference Chart TE63 Serial No. _____
Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. _____

